-
oa

INDICES

LECTIONUM

ET

PUBLICARUM ET PRIVATARUM

QUAE IN

ACADEMIA MARBURGENSI

PER

SEMESTRE HIBERNUM

INDE A D. XXIII. M. OCT. MDCCCLIV. USQUE AD D. XV. M. MARTII A. MDCCCLV.

HABENDAE PROPONUNTUR.

Insunt Anglosaxonica, quae primus edidit Franciscus Dietrich.

MARBURGI.

TYPIS ACADEMICIS ELWERTI.

31479
12/12/93

ACADEMIAE MARBURGENSIS

PRORECTOR CUM SENATU

COMMILITONIBUS DILECTISSIMIS

S. P. D.

Cum per hiemem anni proximi MDCCCLIII Londini degerem, aditusque fere quotidianus ad libros musei Britannici manuscriptos et orientales et occidentales haud exigua studiorum incrementa mihi afferret, incidi in codicem Cottonianum, quum elegantia tum vetustate insignem, qui praeter latina quaedam medio saeculo scripta unum Psalmum celeberrimum, quinquagesimum primum, carmine anglosaxonico illustratum continet.

Vetus enim Anglia praeter plures conversiones interlineares, quarum una a Spelmanno edita est, etiam continuam omnium Psalmorum interpretationem vernaculam habebat, cujus pars prior pedestri oratione, altera inde a Psalmo LII[do], qui secundum Vulgatae numerandi consuetudinem ibi servatam LI[mus] est, rhythmico sermone decurrit. Quae partes cum et auctore et aetate differant, ut alio loco a me est demonstratum, earumque posterior multoque praestantior antiquiori cuidam versioni ab initio mutilae tribuenda sit, quaeritur, num initii hujus deperditi vestigia supersint, eaque lacuna hoc psalmo rhythmico aliquatenus suppleatur; quod ut dijudicari possit edendum eum censui, saltem ut comparare eum liceat cum illis, quos Thorpius, egregius ille tot anglosaxonicorum editor thesaurorum, communis juris fecit.

Verum etiam per se haec cantiuncula non indigna videbatur, quae palam prodiret, non modo propterea quod poeseos biblicae apud Anglosaxones historiam auget et illustrat, sed etiam quod peculiarem quandam eamque vetustam linguae eorum conformationem exhibet.

Interpretationis ordo et ratio poetam prodit satis scitum. Prosequitur enim textus latini sententias recte intellectas, libere circumscribens, non sine simplici illo ornatu epico, qui ad Cädmonianam quoque poesin redundavit. Addidit autem interpres in fine orationem brevem atque in exordio introductionem, ad Davidis historiam spectantem, qua eum ut sui temporis heroem christicolam, victoriis pariter ac fidium arte clarum, ita quasi in popularium obtutu ponit, ac si fando acceperit ea quae refert facta et verba. Utrum psalmi ipsius descriptio ex integra Psalmorum versione rhythmica ab eo hausta sit, ita ut introductio et conclusio pro additamentis nostri habendae sint, an interpreti totus contextus debeatur, non deciderim. Ita tamen oratio fluit, dicendique genus unum in omnibus partibus est, ut unius et ejusdem cantilena omnis esse videatur. Quod si de aetate ejus quaerimus, codex prius examinandus est.

In bibliotheca Cottoniana, cujus codicum ordines nomina imperatorum Romanorum prae se ferunt, est liber manuscriptus membranaceus in Quarto, notatus Vesp. D. VI. Continentur in eo primum Parabolae Salomonis latine conscriptae; tunc fol. 38^b Alcuini ad Guidonem exhortatio, sive capitula theologica ad hunc comitem Britanniae cismarinae latine scripta [1]); deinde fol. 67^a de abbate Machario narratiuncula; postea fol. 68^b anglosaxonice et hymnus incipiens „Vuton vuldrian“ et brevissima chronologia ab Adamo ad Christum: „Fram adame tham erestan men“; — tum sequitur quae hic primum profertur paraphrasis psalmi LI; hanc Catonis praecepta moralia lat. excipiunt, quorum fini fol. 77_a addita est haec „probatio penne“:

Gemma sacerdotum rutilans lux alma priorum
Anglorum doctor pariter prothe nec ne sacerdos,
Augustine, tuis fer opem, flagitamus, alumnis
Et munda culpis ornas quos ossibus almis.

Ultimum locum habet vita Wilfridi cui fol. 78^a nihil inscriptum est nisi „De humili excusationi scribentis“ incip. „Preceptorum vestrorum magnitudinem venerabilis Dne Acca eps. et Tatberhtus abbas“. Sub rubro illo recentior manus notavit „per Heddium Stephanum monachum Cantuariensem An. 720“.

De codicis aetate haec videntur statui posse. Fallitur Planta Catalogi codd. Cott. editor, qui libellum hujus codicis penultimum „scriptum ao. 600“ habet; Augustinus enim Anglorum doctor, qui versibus quos modo memoravimus invocatur, dudum sine dubio mortuus erat, et jam diu monasterii Cantuariensis juxta ecclesiam Christi patronus celebrabatur. Aetas codicis, eadem manu certe usque ad fol. 78^a exarati, satis luculenter eo indicatur, quod secundo loco est Alcuini libellus anno 804 mortui. Priori

1) De virtutibus et vitiis libellus, praevia epistola ad Comitem illum ornatus, v. in Alcuini Opp. cura ac studio Frobenii. Ratisb. 1777. Tom. II, 128—145.

saeculi noni parti convenit scriptura, figuram enim uncialem saepissime a, m, s retinent. Cum libelli ultimi autor fuerit Cantuariensis et paulo ante in „penne probatione“ Augustini Cantuariensis auxilium imploretur, scribae patriam, id quod magni momenti est, Cantuariam fuisse apparet. Unde veri simile est, eandem carminis nostri patriam esse, praesertim cum lingua ejus dialectum a communi Westsaxonum diversam prodat, quae non minus in praecedente oratione rhythmica et chronologia observatur.

Quae in monumento nostro habetur *linguae proprietas* congruit cum forma illa quae est in *Kenticae* dialecti reliquiis inter diplomata vetusta servatis. Omnis dialectorum varietas potissimum in vocalium pronuntiatione, ut in quibusdam formis vocabulisque propriis conspicitur. Prioris saltem generis proprietas haud exigua in paraphrasi nostra uti et in oratione „Vuton vuldrian“ et in chronologia modo dicta in oculos incurrit. Legitur enim .e, ubi vulgaris Westsaxonum dialectus admittit e plerumque tamen habet y, illud e hic tunc quoque pronuntiatum est cum y necessarium erat [1]; simili ratione fieri solet, ut ê dicatur non solum pro vulgari ae, sed etiam pro communi ŷ [2]; cum constantia igitur quadam sonus E sive brevis sive productus aliis praefertur. Alia quaedam proclivitas, quae in vocalibus puris servandis cernitur, per se quidem ad temporis vetustioris notas referenda videri possit, sed cum ea in boreali et australi ejusdem temporis dialecto non amplius dominetur, simul dialecticae differentiae speciem nacta est. Plerumque enim a quod alias in o abiit, et â pro vulgari ae hic locum habet [3]. majori etiam constantia IO profertur, quod in northumbica dialecto est IU, EU, et in communi Westsaxonum dictione jam dudum erat EO, idque pariter in productis atque in correptis syllabis [4]. Formae

---

1) e *oriundum ex* a: gecerre, gecerdan, cerrende; sceppend, mehtig, elmehtig, älmehtig, mähtig (*juxta* meahtig, meahte, *sed nondum* älmihtig, miht); mine äldran, on älde (*non* yldran, ylde). — ferd (expeditio) *vulgo* fyrd. — *Porro pro* e et i: derne, alerred, geltas (*juxta* gyltas) *constanter* forgef, forgefene, forgefeness selta, self (*nunquam* sylf) sôðfestness. — *Denique pro* y: gefelde (impleti) 54. scelda 46. 64, sceldig 20; of sennum 39 *juxta* synna 60. 65, on venne 81. 158 *juxta* vynfest 134; leðre (viles) 42 hegeleas 145. gramhegdig 50. heht 101. hehtful 79; godferhte (deum timentes) 14. getreme (confirma) 103 getremed 134 blôdgete 112. snetera 72 (sapientiae), bretta (oeconomus) 123 *pro* brytta. *In hymno nostro*: senna (peccatorum) 28. gefelled (impletus) 43.

2) ê *pro* ae *in* hêlo, hêlende, dêda 45. 85. 148 *juxta* vomdaeda 19. clêne 79 lêne 15. begêton 58. benêman 21. cf. gedêle, clênnis, hêmed *in* Dipl. Angl. ed Kemble 1, 310; gemêne, nêste, gelêstan ib. II, 120 sq. — *Porro pro* y *apud nostrum:* ontênde 28, ontêndes 72, (ontŷnan 117); ie hêro 75 hêrdon 57, gehêrnes 79; on haenðum (in humilitate) 83, *quod est* in hŷnðum Elene 210. hŷnða drugon Ps. 105, 34. *Accedit ex hymno nostro* gerêna (mysteriorum) 11, geflaemdest (fugasti) 25, âlês (redime) 33 *quod alias est* âlŷs. cf. oferêcan Dipl. II, 120.

3) scame 64, lìchama 15. 42 flaeschamo 144, vammum 39. ðane (eum) 8. 97. 61. ðanne (tum) 81 115. manna 8. 32. hymn. 17. 32 *semel* mon. mancynnes 141. geðanc 90, ingeðanc 129. 153. land, lang etc. *et plerumque* an *pro vulgari* on; *porro* ðâra, geclânsa, geclânsod.

4) diormôd, lioda, liof, liofvende, lioht, triov, ðioda, ðiova etc. *atque* hiofen, hiora, hiom, hiorde

grammaticae communes sunt, nisi quod *väs hâten* et *gefrugen* antiquitatem sapiunt, uti et *laerdes*, *ofersviddes*, *ontêndes* pro vulgari laerdest, ofersviddest, ontŷndest, denique *ic hêro* pro ic hyre quae vocalis O pro E finali primae personae adhuc in testamento Kentiano circa annum 880 composito ubivis fere retenta est[1]).

Aetatem codicis, quae est proxima ante Alfredum magnum aut ea ipsa, *cantilenae nostrae aetas* superare potest. Cujus indicia in nominum et verborum vetustate quadam quaesiveris. Saeculo octavo pervulgatum est altaris nomen *vigbed*, veogbed, quod hic v. 139 legitur, sequens aevum Alfredianum et jam Cädmon habet *vibed*, veobed, decimum nonnisi *vêfod* veofod dicens compositionem obscuravit. Pluries habemus *blidhse* (laetitiae, laetetur) semel blissadh. Formam *selfa* juxta self creberrima est, rarior in Alfredi metris. Perantiquum est *câsere* creaftig (imperatori prudens) pro valde prudenti, et quod vocabulum *hleodhor* v. 78 non oraculi sonum, ut vulgo est, sed sensum et auditum significat, ut goth. hliuth, Graecorumque κλυτόν. — Inter verba singularis vetustatis est forma *scoldan*, quae nondum abiit in vulgarem sceoldan, *andhêtte* (confessus est) pro andette, *bregan* (offerre) nisi calami error v. 124 est pro brengan. Duae quas nondum legi voces sunt *bescervan* (privare) v. 99, et *aevest* (aversaris) v. 130, quarum priori vulgaris forma bescyrian illustratur[2]). Accedit ex hymno 28: *thriostre* (senna), quod vexationem (peccatorum) dubius interpretatus sum, ad *thraestian* (vexare) respiciens.

Rarissima haec sunt. Primum quod frequentissimum vocabulum *hord*, quo thesaurus et poëtice omnis locus quo inclusum aliquid servatur exprimitur, non ut communiter masculini est generis sed (v. 70. 71. uneúðe hord) neutrius, ut gothicum *huzd*. Deinde singularia quaedam commemoranda sunt, quae ad *syntaxin* pertinent. Instrumentalis casus rariora exempla habes v. 103. 153 et fortasse hymni v. 23 sq. nisi þe þu legendum est pro þe þŷ. Bis singularis verbi pro plurali numero positus est in enuntiatione finali v. 53. 146 (*môte* pro *môten* post þät) id quod post saeculum octavum vix est admissum tamque raro reperitur ut ne observatum quidem huc usque esse videatur[3]). Certissimumque denique accusativi absoluti exemplum paraphrasi nostra sistitur, unde egregie confirmatur quod *Grimmius* in grammatica IV, 887 sqq. de casibus absolutis disputans gothicae dialecto

---

(pastor) hiorte (cor), sioððan etc. cf. liolre, gestrionan, ðiove *atque* hiora, beviotige, sioððan etc. Dipl. I, 310 II 89. 120. *Immixta talia quidem a scribis sunt* Westsaxonum *dialecto*, *minime tamen genuino ejusdem exemplari*, testamento Alfredi Dipl. II, 112.

1) ic sello, ic villio, ic hâtu Dipl. II, 120 sq.

2) *Ut enim* syrian, syredon *depravatum est ex* syrvan, syrvdon, *uti* gyrian, gyredon *fit ex* gyrvan gyrvdon, *sic* bescyrian *revocandum est ad nostrum* bescyrvan *sive* bescervan *derivatum a praeterito* scar.

3) *Modo post* thara the *is usus constabat; cernitur idem post* theah the Cod. Ex. 130, 13, thy läs ib. 147, 21, thät Cädm. 1836. 2177. 3729.

illum casum propter locorum (Matth. 6, 3. Mc. 6, 22. Skeir. 47, 22) contextum non sine dubitatione vindicabat. Habemus enim carminis hujus verss. 97 99:

> ne ðane gôdan fram me gâst haligne âferredne,
> frea älmeahtig, þînra ârna me ealne bescerve

ubi rectio enuntiati principalis (ne me omnem priva) diversa est a structura sententiae subjectae (bono a me spiritu sancto remoto) neque minus participium ipsum (âferredne, non aferred) in casu accusativo positum est.

Quae cum ita sint, paraphrasin certe nostram ad divitem illam saeculi octavi poësin referendam esse conjicere licet.

Jam ipsa carmina loquantur. Priore loco posui Psalmi paraphrasin, altero hymnum, utpote breviorem, quanquam in codice antecedit. Quae quo citius intelligi possint, vocalibus longis notas vulgatas, exceptis particulis, superposui, voces scribendi compendio decurtatas integras restitui. Accentum acutum, qui saepius in codice et brevibus[1]) et longis vocalibus superscriptus erat, in his delevi, in illis cum circumflexo commutavi. Latina Vulgatae versionis verba, quae textus versiculum quemvis praecedebant, omisi: meam omnibus interpretationem adjeci[2]).

---

1) *Ut in trisillabis:* ánsende 16. óncnave 43. óntendes 72 ánsione 86. vómdaeda 19. vánhogan 106. máncynnes 141. Ceterum ę in longis syllabis expressi per ê, pro ae brevi in fine vocum e, in mediis ä scripsi.

2) *Ceterum correxi* spräc. v. 30 *pro codicis* späc; v. 35 *legebatur* mildhiornesse; 299 þinre; v. 120 *conjecerim* vese *pro* väs; v. 143 iogeðe *pro* giogeðe. *Post* glid *duae consonae exciderant.*

Psalmi LI paraphrasis.

David väs hâten diormôd häleð,
Israela brega, äðele and rîce
cyninga cŷnost Crîste liofost.
Väs he under hiofenum hearpera maerost,
ðâra ve an folcum gefrugen häbben.
sangere he väs sôðfästest, sviðe geðancol,
to ðingienne þiodum sînum
við þane mildostan manna sceppend.
Väs se dryhtnes ðiova David ät vîge
sôð sigecempa, searocŷne man,

Davides dictus erat heros carus,
Israelitarum princeps nobilis et potens,
regum fortissimus, Christo dilectissimus.
Hic erat sub coelo harpicinum clarissimus,
de quibus inter populos compertum habemus.
Cantor erat veracissimus, valde sagax
ad intercedendum pro popularibus suis
coram clementissimo hominum creatore.
Erat Davides, Domini servus, in pugna
certus victor, mire audax homo,

càsere creaftig, þonne cumbulgebrec
on gevinndagum veorðan scoldun.
Hveðere him geiode, sva ful oft gedêd.
þatte godferhte gylt gefremmað
þurh lîchaman lêne geðohtas.
Gelamp þät him mon ansende sâvla neriend
vitgan mid vordum veorada drihten
and secgan hêt, selfum gecŷðan
ymb his vomdaeda valdendes doom,
þät se fruma vaere his feores sceldig,
forðam þe he Uriam hêt aldre benêman
fromne ferdrinc fere beserode,
and him Bezabe brohte to vîfe
for gitsunga, þe he godes eorre
þurh his selfes veorc sona afunde.
Him ða ðingode þioda aldor
David georne and to dryhtne gebäd
and his synna hord selfa ontênde,
gyltas georne gode andhette,
veoruda dryhtne, and ðus vordum spräc.
Miltsa ðu me meahta valden[d],
nu ðu vâst manna geðohtas;
help ðu haelend mîn, handgeveorces
þînes ânes, älmehtig god, efter þinre
þâra miclan mildhiortnesse.
Ond eac efter menio miltsa ðinra
drihten veoruda âdilga min unriht
to forgefenesse gâste minum.
Aðveah me of sennum, sâule fram vammum
gâsta sceppend, geltas geclânsa,
þaðe ic on aldre aefre gefremede
ðurh lichaman leðre geðohtas.
Forðan ic unriht min eal oncnâve
and eac synna gehvaer selfum at eâgan
firendêda geðrec beforan standeð,
scelda scinað; forgef me sceppen[d] min
lifes liohtfruma ðinre lufan blisse.
Nu ic ânum ðe oft syngode
and yfela feola eac gefremede

imperatoris instar gnarus, ubi vexillorum fragores
certandi tempore exspectabantur.
Accidit tamen ei illud quod saepissime fit,
ut deum timentes delictum committant,
corporis [seducti] pravis cogitationibus.
Evenit ut virum ei mitteret animarum servator,
prophetam mandata [afferentem] gentium dominus,
quem dicere jussit ipsique nuntiare
de crimine [commisso] omnipotentis judicium,
quod princeps sit vitae reus,
propterea quod Uriam jusserit vita privari
probum bellatorem anima spoliaverit,
sibique Bathsebam sumserit uxorem
libidine [percitus], unde Dei iram
propter suum ipsius facinus illico sensit.
Pro se tunc deprecatus est gentis rector.
Davides sedulo, Dominumque oravit
et peccatorum thesaurum ipse reclusit,
delicta strenue Deo confessus est,
turmarum domino, et his verbis locutus est.
Miserere mei, potestatum gubernator,
cum tu noveris hominum mentes,
auxiliare mihi, qui manu factus sum
a te uno, omnipotens deus, ob tuam
magnam illam misericordiam.
Et secundum multitudinem clementiae tuae
exercituum domine, dele injustitiam meam
ad remissionem animo meo.
Lava me a peccatis, animam a maculis,
spirituum creator, culpas expurga,
quas ego in vita unquam commisi,
corporis [seductus] vilibus cogitationibus.
Namque ego nequitiam meam omnem cognovi
neque minus peccatorum ubivis ipsi[mihi]ante oculos
scelerum turba coram stat,
flagitia lucent; da mihi creator,
vitae lucide auctor, caritatis tuae gaudia.
Ego cum in te solum saepe peccaverim
et pravi multum etiam patraverim,

gelta grambegdig, ic ðe gâsta breogo
hêlende Crist helpe bidde,
ðaet me forgefene gâstes vunde
an fordgesceaft fêran môte,
þy ðîne vordcvidas veorðan gefelde.
ðaet ðu ne vilnast veora aeniges deáð.
ac ðu synfulle simle laerdes,
ðaet hio cerrende Criste hêrdon
and hiom lîf mid ðe langsum begêton:
svilce ðu ät dôme dryhten ofersviddes
ealra synna cynn sâula neriend.
Ic on unrihtum eac ðan in synnum
geeácnod väs, ðu ðät âna vâst,
mähtig dryhten, hû me môdor gebär
in scame and in sceldum, forgef me sceppend mîn
ðät ic fram ðam synnum selfa gecerre,
þa ðy mine äldran aer gevorhtan
and ic selfa eac sioððan becode.
Ac ðu selfa god sôð anlufast,
þy ic þe mid bênum biddan ville
lîfes and lisse, liohtes aldor,
forðan ðu me uncûðe eác ðan derne
þinre snetera hord selfa ontêndes.
Þu me meahtig god milde and bliðe
ðurh ysopon ealne âhlûttra.
þonne ic geclaensod Criste hêro
and eac ofer snâve self scinende
þinre sibbe lufan sôna gemête.
Ontyn nu elmehtig eárna hleoðor.
þät min gehêrnes hehtful veorðe,
on gefeán bliðse forðvearð to ðe:
ðanne bioð on venne, valdend, simle
þa gebrocenan bân, bilvit dryhten,
ða þe on haenðum aerhvile vaeron.
Ahverf nú fram synnum sâula neriend
and fram misdêdum minra gylta
þine ansione, älmeahtig god,
and ðurh miltsunga meahta þinra
ðu unriht min eall âdilga.

scelera animo hostili: a te ergo, spirituum princeps.
salvator Christe, auxilium peto,
ut mihi condonata animi vulnera
in abolitionem abire possint;
ut tui verbi effata impleantur,
nolle te hominum cujuspiam mortem;
sed tu peccatores semper docuisti,
ut convertentes se Christo obedirent,
sibique vitam tecum longaevam pararent:
siquidem tu in judicio, Domine, superasti
omnium peccatorum genus, animarum servator.
Ego in nequitia et adeo in peccatis
conceptus eram, id tu solus nosti,
Domine potens, quomodo mater me pepererit
cum pudore et culpa; da mihi, creator meus,
ut a peccatis ipse revertar,
quae parentes mei ante commiserunt,
et ipse quoque postea patravi.
At tu ipse Deus verum amas,
ideo a te precibus sum rogabundus
vitam et clementiam, lucis princeps,
quia tu mihi ignotos eosque occultos
tuae sapientiae thesauros ipse aperuisti.
Tu me potens deus benigne et clementer
hyssopo omnem lustra,
tunc mundatus Christo obtemperabo,
adeoque super nivem dealbatus
intimum tuum amorem mox attingam.
Aperi nunc omnipotens aurium perceptionem,
ut obedientia mea gaudii plena fiat,
laetitiâ exhilaretur continuo versus te:
tunc erunt in exsultatione, Omnipotens, semper
ossa contrita, Domine benigne,
quae in humilitate priore tempore erant.
Averte jam a peccatis animarum servator
et a nequitiis delictorum meorum
faciem tuam, omnipotens Deus,
atque commiseratione potentiae tuae
tu iniquitatem meam omnem dele.

Vec ðu dryhten Crist clǽne hiortan
in me mehtig god môdsvîðne geðanc,
to ðolienne ðinne villan
and to healdenne hâlige dômas;
and ðu rihtne gâst rodera valdend
in ferðe mînum feste geniova.

Ne âveorp ðu me veoruda dryhten
fram ansione ealra þinra miltsa,
ne ðane gôdan fram me gâst hâligne
âferredne, freá älmeahtig,
þinra ârna me ealne besceerve.

Säle nu blidse me bilevit dryhten
þinre haelo heht helm alvihta,
and me lifgende liohtes hiorde
gâste ðinê god selfa getreme,
ðät ic aldorlice a forð sioððan
to ðinum villan veorðan môte.

Simle ic ðine veogas vanhogan laerde,
ðät hie ârleáse eft gecerdan
to hiora selfra sâula hiorde,
god selfa to ðe gâstes mundberd
ðurh sibbe lufan seocan scoldan.

Befreo me an ferðe fäder mancynnes
fram blôdgete and bealaniðum,
god lifigende gylta geclânsa
hêlo and helpend hiofenrices veard,
ðanne tunge min triovfest blissað
for ðines selfes sôðfestnesse.

Ontyn nu valdend god veoloras mine,
sva min mûð sioððan maehte ðine
and lof georne liodum to bliðse
sôð sigedryhten sêccende väs. [l. vese?]

Ic ðe onsegednesse sôna brohte
veoruda dryhtne, ðêr ðu volde sva,
ða ðu þät ne lufedest lifes bretta
ðat ic ðe bernelâc bregan môste
deádra neáta dryhtne to villan.

Ac ðe micle ma mehtig dryhten,
lifiende crist, liicverðe bið

Crea Christe domine cor mundum
in me, Deus potens, animi fortem intentionem,
ad sustinendam tuam voluntatem
et observanda sancta decreta.
rectumque spiritum, coelorum domine,
in pectore meo firme renova.

Ne rejicias me exercituum domine
ab adspectu omnium miserationum tuarum,
neque bono a me spiritu sancto
remoto, Domine omnipotens,
donis tuis me prorsus prives.

Da nunc laetitiam mihi, mansuete domine,
salutaris tui spem, [qui es] galea universi,
et me, vive lucis custos,
spiritu tuo deus ipse confirma,
ut ego magnificenter perpetuo abhinc
voluntati tuae [consentaneus] fiam.

Semper tuas ego vias iniquos docui,
ut impii rursus reverterentur
ad sui ipsorum animarum pastorem,
Deus, penes te ipsum animi tutelam
intimo amore [adducti] quarerent.

Libera me in pectore pater generis humani
a sanguine effuso et perniciosis studiis,
Deus vive, delicta purga,
salus et salvans coelorum custos,
tunc lingua mea fidelis exsultabit
ob tui ipsius justitiam.

Aperi nunc, deus gubernans labia mea,
ut os meum dehinc potentiam tuam
laudemque sedulo popularibus in laetitiam,
juste victoriae domine, quaerat.

*Tibi ego sacrificium statim obtulissem
exercituum domino, si voluisses ita;
atqui tu non amabas, vitae dispensator,
ut tibi holocausta offerre liceret
enectarum boum domino ad voluptatem.

Sed tibi multo magis, domine potens,
vive Christe, acceptus est

se gehnysta gâst, hiorte geclâusod
and geeádmêded ingeþancum;
ða ðu älmähtig aefre ne aevest.
Gedoo nu främsume frôfre ðîne
to ðînum gôdan gâstes villan,
ðät te Sione dùn sigefest veorðe,
and veallas Sion vynfeste getremed
Hierusolme god lifiende!
Sva ðu frea meahtig anfehst siþðan
liofvende lâc lioda þinre,
haelend manna, hio ðät hâlige cealf
on vigbed þîn villum âsettað,
liohtes aldor; forgef me lifigende
meotod mancynnes maehtig dryhten
ðät ða sorhfullan sâule vunde,
þa ðe ic on aelde oððe on giogeðe
in flaeschaman gefremed häbbe,
leahtra hegeleásra, mid lufan þinra
gâstae forgefene glîd[an] môte.
Svae þingode þiode aldor
Dauid to dryhtne, dêda gemyndig,
þät hine mehtig god mannum to frôfre
ðäs cynedômes Crist neriende
valdende god veorðne munde;
forðon he gebêtte balaniða hord
mid eáðmêdê ingeþance,
ða ðe he on ferðe gefremed häfde.
Gâstes vunde forgef us god meahtig
þät ve synna hord simle ofervinnan,
and us geearnian acce dreámas
an lifigendra landes venne. amen.

animus contritus, cor mundatum
et humiliatum cogitationibus;
ea tu omnipotens unquam non aversaberis.
Redde nunc efficax solatium tuum
ad tuam bonam animi voluntatem,
ut Sionis mons victor evadat,
et muri Sionis gaudio constanti firmati,
Hierosolymae, deus vivens!
Sic tu domine omnipotens accipies postea
grata sacrificia populi tui,
servator hominum; illi sacrum vitulum
in altari tuo lubenter ponent,
lucis princeps; da mihi vivens
creator humani generis, potens domine,
ut dolentia animae vulnera,
quae ego in senectute vel in juventute
corpore [vestitus] incoepi,
criminum temerariorum, amore tuo
spiritui condonata evanescant.
Ita precatus est populi princeps
Davides Dominum, facinorum memor,
ut ipsum deus potens hominibus in solatium
regimine Christus servator,
Deus gubernans, dignum judicaret,
quippe quod expiaret pravorum studiorum copiam
humili animi sensu,
quae in vita perpetraverat. —
Animae vulnera remitte nobis, deus potens,
ut nos peccatorum copiam semper vincamus,
et nobis mereamur aeterna jubila
in viventium terrae gaudio. Amen.

Hymnus
in Deum et Servatorem.

Vuton vuldrian veorada dryhten,
hâlgan hliodorcvidum hiofenrîces veard,
lufian liofvendum lifes âgend,
and him simle sio sigefest vuldor
uppe mid englum and on eorðan sibb
gumena gehvilcum gôdes villan.
Ve þe heriað hâlgum stefnum
and ve bletsiað bilevitne feder,
and ve þanciað, þioda valden[d],
þines veorðlican vuldordreames,
and ðinre miclan mägena gerêna,
ðe ðu god dryhten gâstes miehtum
hafest on gevealdum hiofen and eorðan
ân êce feder älmehtig god.
Þu eart cyninga cyning cvicera gehvilces,
þu eart sigefest sunu and sôð hêlend
ofer ealle gesceafta angla and manna.
Þu dryhten god on dreamum vunast
on ðaere upplican äðelan ceastre.
freá folca gehvaes, sva ðu ät fruman vaere
efeneádig bearn âgenum fäder.
Þu eart heofenlic lioht and ðät hâlige lamb,
ðe ðy mânseilde middangeardes
for þinre ârfestnesse ealle tovurpe.
fiond geflaemdest, folc generedes,
blôde gebôhtest bearn Israela.
þâ ðu âhôfe ðurh ðät hâlige treov
ðinre ðrôvunga ðriostre senna.
þe ðu on heâhsetle heafena rices
sitest sigehrêmig on ða sviðran hand
ðinum god fäder gâsta gemyndig.
Mildsa nu meahtig manna cynne,
and for leahtrum âlês ðine ða liofan gesceft
and us hâle gedô heleða sceppend.
niða nergend, for ðines naman âre.

Age celebremus turmarum dominum
sanctis effatis coelorum regni custodem,
amemus intime vitae possessorem,
eique semper sit victrix gloria
supra inter angelos et in terra pax
hominum cuivis bonae voluntatis.
Nos te laudamus sanctis vocibus
nos praedicamus mansuetum Patrem
memoresque sumus, populorum gubernator,
pretiosi tui gloriae jubili,
magnorumque tuarum virtutum mysteriorum,
qui tu Deus domine spiritus potentiis
imperium tenes coeli et terrae
unus aeternus pater, omnipotens deus.
Tu es regum rex vivorum cujusque,
tu es Filius victor fidelisque Servator
supra omnes creaturas angelorum et hominum.
Tu domine Deus in jubilis habitas
in superna illa nobili civitate,
princeps gentium omnium, ut in principio fuisti
aequalis beatitudinis filius proprio patri.
Tu es lumen coeleste, sanctusque agnus,
qui [tu] scelerum culpam mundi
per misericordiam tuam omnem disjecisti,
hostes fugasti, populum servasti,
sanguine redemisti filios Israelis;
tunc sustulisti sancta cruce
passionis tuae vexationem peccatorum,
qui tu in throno coelorum regni
sedes victoria gloriosus ad dextram manum
deo patri tuo, animarum memor.
Miserere nunc potens generis humani,
et a vitiis redime tuam caram creaturam,
nosque fac salvos, hominum creator,
hominum tutor, ob nominis tui honorem.

Þu eart sôðlice simle hâlig,
and ðu eart âna êce dryhten,
and ðu âna bist eallra dêma
cvucra ge deádra, Crist nergend,
forðan ðu on ðrymme rîcsast and on ðrinesse
and on ânnesse ealles valdend,
hiofena heáhcyninc, hâliges gâstes
fegere gefelled in feder vuldre.

Tu es vere semper sanctus,
tu es solus aeternus dominus,
et tu solus eris omnium judex
et vivorum et mortuorum, Christe servator,
nam tu in majestate dominaris et in trinitate
et in unitate, omnium gubernator,
coelorum alte rex, sancto spiritu
egregie repletus, in Patris gloria.

Haec habui quae e codice Musei britannici publice proferrem. Jam appendicis loco accedat prosae orationis, qualis saeculo nono apud Anglosaxones eosque Westsaxones erat, specimen novum quamvis exiguum. Non quod insueta multa contineat, sed ut cum praecedentibus dictio Westsaxonica paulo recentior aliquatenus comparari queat, potissimum tamen ne libri manuscripti anglosaxonici in patriam nostram olim allati pereat diutiusve delitescat memoria.

Clarissimus Bernhardius, bibliothecae Cassellanae praefectus, folium membranaceum, quod libro integendo adhibitum fuerat, Cassellis invenit, cujus utrumque latus cohortationem aliquam spiritualem, anglosaxonice scriptam continet. Literarum ductus saeculo nono recte dudum adjudicati erant. Contenta pro fragmento homiliae anglosax. habita, alia esse cognovi, cum ante iter Anglicanum Cassellas venissem, foliumque illud a celeberrimo bibliothecae gubernatore benigne mihi ostensum esset. Pars enim est libri Pastoralis Sti Gregorii ab Alfredo ipso anglosoxonice conversi, quae latine legitur in Gregorii Opp. (ed. Paris. 1705) Tomo II p. 76 D usque ad p. 77 A, sive Pastoralis parte III cap. 25 exeunte et c. 26. ineunte.

Locus Gregorii incipit his verbis: „Cum factus esset annorum duodecim remansit puer Jesus in Jerusalem. De quo a parentibus requisito paulo post subditur: Invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem. Vigilanti igitur consideratione pensandum est“ . . et ita finitur „atque aliter qui ea quidem quae mundi sunt concupiscunt sed tamen adversitatis labore fatigantur“.

Postea in Angliam profectus cum Oxoniae commorarer in bibliotheca Bodlejana codicem Hattonianum 88 adii, qui Pastoralis versionem Alfredianam nondum editam continet, nostramque cum illa in omnibus concinentem compertus sum, exiguam lectionis varietatem notavi. Legitur ibi locus noster fol. 73b. Ubi fragmentum Cassellanum desinit, addidi nonnulla e codice Hattoniano, quae typo distinguenda curavi.

Fragmentum
versionis Alfredianae
Cassellis repertum.

. . . . he äftan his mêder and his maegum innan ðaere ceastre hierusalem. ac eft ða his maegas hine sôhton, ða fundun hie hiene tomiddes ðara vitena, ðe ðaer visoste vaeron in hierusalem, hlystendne hiora vorda and frignende [l. due] hiora lâre. Þonne is us ðat svîðe vacorlice to geðenceanne, ðätte ure haelend, ða ða he tvelf vintre väs, ða väs he gemett sittende tomiddes ðara lâreova, frignende, nalles laerende: forðam he us volde ðät to bisene dôn, ðätte ða unlaeredun ne dorften laeran, nu he ðonne volde cniht bion and volde, ðät hine mon laerde, se ilca se ðe ða aer laerde, ðe hiene ða laerdon mid ðaem cräfte ðäs godcundan anvealdes. And eft paulus cväð to his cnihte: bebiod ðis and laere, and ne forsio nân man dîne gioguðe. ve seulon victan, ðätte oft bið on || hâlgum gevritum genemned midfeorve to giugoðhâde, ðät ve magon sveotulor ongietan, gif ve salomones cvida sumne her ongemong eoviað. he cväð: bliðsa, cniht, on ðînum giugoðhâde; gif he hit ðonne ne teohchode eall to ânum, ðonne ne nemde he ðone cniht aegðer ge cniht ge giung mann.

Þätte on ôðre vîsan sint to manianne [1]) ða ðe vorldâre [2]) vilniað and hie ðonne orsorglice habbað, on oðre vîsan [3]) ða ðe vorldâre [2]) vilniað and ðonne hie gevilnode habbað, hie ðonne mid micelre earfodnesse and mid micle broce onvuniað.

ON ôðre vîsan sint to manianne ða ðe eall orsorglice bigietað [4]) ðisse vorulde ðät ðät hie vilniað, on ôðre vîsan ða ðe ðisses andveardan middangeardes vilna and velona [5]) vilniað, and svae [6]) ðeah mid sumum *vidher–*

. . . . pone matrem suam et necessarios suos in urbe Hierosolyma. Postea autem, cum necessarii ejus quaererent eum, invenerunt eum inter seniores, qui ibi sapientissimi erant Hierosolymae, auscultantem eorum verbis, et quaerentem doctrinam eorum. Unde nobis vigilanter est cogitandum, quod servator noster, cum duodecim esset annorum, inventus est sedens inter doctores, interrogans, nequaquam docens: nimirum nobis hoc in exemplum agere voluit, indoctis docere non licere, cum ipse puer esse et se doceri vellet, is ipse qui antea eos, qui nunc ipsum docebant, docuerat divinae potentiae vi. Et porro Paulus discipulo suo dixit: Praecipe hoc et doce, nec quisquam despiciat adolescentiam tuam. Sciendum est nobis, saepe in sacra scriptura pro media aetate dici adolescentiam; id quod facilius intelligemus, si Salomonis sententiarum unam hic una protulerimus. Dixit ille: Laetare, adolescens, in juventate tua; qui nisi decerneret omnia esse unum, minime nominasset adolescentem modo adolescentem modo virum juvenem.

Quod alio modo exhortandi sint ii qui bona mundana concupiscunt iisque tunc incuriosi utuntur, alio modo ii qui bona mundana quaerunt, et quaesitis tunc magno labore magnoque cum dolore immorantur.

Alio modo exhortandi sunt qui porsus securi assequuntur hujus mundi quidquid cupiunt, alio modo ii qui hujus praesentis mundi bona et divitias quaerunt, et tamen cum aliquibus . . . .

veardum brocum hiora him bidh forvirned. Dha dhonne sint to manienne dhe simle habbadh dhisse vorulde dhät hie vilniadh, dhät hie ne ágiemeleasien, dhonne hi hit eall häbben, dhät hie ne sêcen dhone dhe him to eallum gefultemadh; dhyläs hie lufigen dhas elthiodignesse ofer hiora aegenne êdhel and hiora môd eal âhôn on dhät dhe him hêr gelaened bidh and dhyläs hie gedvelle sio gehydnes and tha getaesu, dhe hie on dham vege habbadh, dhät hie forgieten, hvider hie scylen, and dhyläs hie for dhaem fägeran mônan, dhe hi on niht gesiodh, forhycgen dhäs däges bierhto and dhaere sunnan. Eac hi sint to monienne dhätte hie no ne geliefen, dhätte dha villan and tha getaesu, dhe him on dhisse vorulde becumadh, dhätte dhät sien dha leán dhe him god getiohchod häfdh; ac bidh dhissa iermdha frôfor and dha leán [fol. 75ª] *biodh on dham êcean life dhäs dhe ve to gôde dôdh. Fordhy ve sculon ûre môd getrymman vidh dhisses middangeardes oliecunga, dhyläs ve hie mid ealle môde lufigen and us mid ealle hiere underdhieden. Ac se sedhe dhas orsorgnesse, dhe he hêr häfdh, ne forsvîdh mid dhaere gesceádvîsnesse his ingedhonces and mid dhaere lufan dhäs beteran lifes, dhonne gehvierf he dha olêcunge dhisse gevitendan vorulde him to êcum deádhe.*

Lectio codicis Hattoniani.

1) *manienne* 2) *voroldâre* 3) omittit 4) *begitadh* 5) *velena* 6) *sva.* Ceterum verba þätte on. . usque ad on vuniað. in fragmento Cassellano rubro atramento scripta sunt. In Hattoniano codice ð ob typi varietatem per dh a me reddendum erat. Ab initio hujus additamenti Hatt. quod scripsi him bidh *forvirned* in codice erat him bidh *faer virned*, quod accipi non potest „iis iter (fär) impeditur aut denegatur“ cum anglosax. virnan et forvirnan genitivum rei, dativum personae regat, cf. me (mihi) bid forvyned villan mînes Cod. Ex. 268, 32; him nânes villan näs fyrvyrnd her Ps. 48, 18; Myrce ne vyrndon hardes handplegan häleða nânum Athelst. epinic. v. 24. þe rihtes vyrne Athelst. leges; vî volde God sva lytles thinges him forvyrnan Älfric hom. 1, 14. me sylfum his forvyrndon 2, 208. Nostro igitur loco „hiora him bið forvirned“ est impersonaliter dictum „eorum (usus) iis denegatur“ et hiora referendum ad *vilna* et *velona.* — Quod mox sequitur ðyläs hie ne gedvelle sio gehydness and tha getaesu (ne eos morentur cura et aerumnae eae) nolui inferre gehygdness, quanquam Alfredus plerumque plene adhuc habet gehygd, oferhygd. — In linea penultima pro *gehvierf he* certe cogitandum est *gehvierfdh he* (commutat), quod si lectio illa recta est, etiam pro tertia persona nanciscemur exemplum flexionis ante pronomen postpositum abjectae.

Ut autem redeamus tandem ad id unde hic exorsi sumus, fragmentum Cassellanum, utpote studii ecclesiastici anglosaxonici vestigium, cum vix dubitari possit, integrum librum Gregorii ab Alfredo translatum in Hassiae monasterio aliquo adfuisse, luculenter nos docet, nexum qui fuit Hassiacam inter et Anglosaxonum ecclesiam Bonifacii saeculo, tempore Alfrediano nondum evanuisse. Frideslariae enim abbas a Bonifacio Wigbertus

Anglosaxo constitutus erat, cujus post mortem 747 Megingodus, deinde Humbertus, Germani, secuti sunt. Sequentium abbatum ne nomina quidem nota sunt. Sed nisi certe monachi Anglosaxonici denuo apud nos consedissent, vix intelligi potuerit, quem in usum liber pastoralis ad docendos cohortandosque clericos compositus isque in linguam anglosaxonicam conversus huc ex Anglia allatus sit.

Pervenit autem ejus libri exemplum ad Frideslarianum vel Fuldense aliudve Hassiae monasterium non ante ultimum saeculi noni decennium. Ipsa enim translatio ab Angliae rege confecta est cum Plegmundus archiepiscopus Cantuariensis esset, qui a. 890 ibi constitutus est, et cum Londini episcopatum Heahstanus a. 898 mortuus teneret. Alfredus rex pluries eam transcribi, omnibusque episcopis suis mitti jubens regali ipse munificentia librum divulgandum curavit. Fragmentum Cassellanum cum exemplari Wigorniensi Oxoniae servato maxime convenit.

I. LECTIONES ORDINIS THEOLOGORUM.

ERNESTUS LUDOVICUS THEODORUS HENKE, theol. et phil. Dr., theol. P. P. O., seminarii theologici Philippini ephorus, bibliothecae academicae praefectus, *1) privatim a) historiam ecclesiae recentiorem* inde ab anno MDXVII usque ad haec nostra tempora narrabit quinis per hebd. scholis h. VIII, *b) homileticam et liturgicam* docebit quaternis diebus h. XI; 2) *publice exercitationes societatis homileticae* solito more moderari perget die Jovis h. VI—VIII vespert.

GUILIELMUS SCHEFFER, phil. et theol. Dr. hujusque P. P. O., ordinis theol. h. a. decanus, augustissimo electori in senatu ecclesiastico a consiliis, ecclesiae reformatae in Hassia superiore inspector, *1) privatim a) epistolam ad Romanos* quat. per hebd. h. X interpretabitur, *b) ethicam christianam* totidem dieb. h. IX, *c) dogmatum christianorum historiam* totidem dieb. h. III pomerid. docendam offert; 2) *publice societatem dogmaticam* die Lunae h. VI—VIII moderari perget.

JOANNES GILDEMEISTER, theol. et phil. Dr., theol. et liter. oriental. P. P. O., *1) privatim a) Jesaiae librum* interpretabitur sexies h. II, *b) linguarum Indogermanicarum leges* comparatione grammatica illustrabit quater h. X; *2) publice a) institutiones linguae sanskritae* continuabit bis h. X, *b) linguam Arabicam* docebit bis h. III, *c) linguae Persicae recentioris elementa* tradet bis h. III.

ERNESTUS RANKE, phil. et theol. Dr. hujusque P. P. O., 1) *privatim a) evangelium et epistolas Joannis* interpretabitur brevemque doctrinae, quam continent, delineationem dabit, quaternis per hebd. diebus h. X, *b) theologiam biblicam* docebit totidem diebus h. XI; 2) *publice patristicae societatis sodalibus Justini Martyris opera* legenda proponet die Mart. h. IV—VI.

*

II. LECTIONES ORDINIS JURECONSULTORUM.

EDUARDUS PLATNER, phil. et J. U. D. hujusque P. P. O., augustissimo electori a consiliis aulae intimis et ordinis elect. Guil. eques, facult. jur. assessor ordinarius, *1) publice Ulpiani fragmenta* illustrabit; *2) privatim a) Justiniani institutiones* quin. dieb. h. XI interpretabitur, *b) historiam juris Romani privati* sen. dieb. h. III, *c) jus naturae* quat. dieb. h. IV tradet.

EDUARDUS SIGISMUNDUS LOEBELL, jur. utr. Dr. et P. P. O., academiae procancellarius, facult. jur. assessor ordinarius, ordinis elect. Guil. eques, *1) publice encyclopaediam juris* duce *Falckio* dieb. Merc. et Sat. h. XI; *2) privatim a) theoriam processus criminalis ad Martini librum* quat. dieb. h. XI, *b) institutiones juris Romani Marezollio* duce quinis dieb. h. X exponet, *c) lectiones de jure criminali* offert.

CAROLUS FRIDERICUS VOLLGRAFF, phil. ac jur. utr. Dr., hujusque P. P. O., facultatis jur. assessor ordinarius et h. a. Decanus, *1) publice* instituet *examinatorium in jus gentium et jus civitatum confoederatarum* die Merc. h. III; *2) privatim* docebit *a) philosophiae juris atque civitatis geneticae et comparativae* primam partem s. introductionem ethnologicam duce libro suo quinis diebus h. XI, *b) jus publicum* quinis dieb. h. II, *c) jus gentium atque civitatum confoederatarum* duce libro suo quater h. III.

CONRADUS BUECHEL, J. U. D. et P. P. O., facult. jurid. assessor ord., *1) publice de juribus in re aliena* dieb. Merc. et Saturni h. X disseret; *2) privatim a) pandectas, Puchta* duce, sen. dieb. h. IX et II, *b) jus hereditarium,* eodem duce, quaternis dieb. h. X profitebitur.

FRIDERICUS GUILIELMUS ROESTELL, J. U. D. et P. P. O., facult. jurid. assessor ord., *1) publice jus villicorum* d. Mercurii h. XI—XII; *2) privatim a) processum juris civilis* quinquies h. IV—V et d. Saturni h. XI—XII, *b) jus ecclesiasticum* quinquies h. V—VI tradet.

III. LECTIONES ORDINIS MEDICORUM.

GEORGIUS GUILIELMUS FRANCISCUS WENDEROTH, phil. et med. Dr. hujusque et botanices P. P. O., horti botanici director, augustissimo electori ab intimis rerum medicarum consiliis, *1) privatim a) botanicen plantarum cryptogamicarum* h. XI, *b) physiologiam plantarum* binis scholis per hebd. ead. hor.; *2) privatissime oeconomiam ruris* h. III in quatern. scholis tradet.

JOANNES MAURITIUS DAVIDES HEROLD, phil. et med. Dr. hujusque P. P. O., instit. zoolog. director, *1) publice examinatorium et repetitorium de variis rebus ad primam zoologiae generalis et specialis partem spectantibus* semel per hebdom. hora commoda die Vener. offert; *2) privatim zoologiae generalis et specialis secundam partem*, quae animalia inferiorum ordinum complectitur, arctissimo nexu cum anatomia comparativa, physiologia et psychologia junctam sexies per hebdom. h. II—III docebit.

CAROLUS FRIDERICUS HEUSINGER, med. Dr. et P. P. O., instituti medicoclinici director, augustissimo electori ab intimis rerum medicarum consiliis, *1) publice examinatorium clinicum* die Sat. h. I—II instituet; *2) privatim a) pathologiam generalem* h. III—IV, *b) pathologiam et therapiam specialem* h. II—III docebit; *3) privatissime clinicen medicam* h. X—XII (dieb. Lunae et Veneris XI—XII).

CAROLUS CHRISTOPHORUS HUETER, med. Dr. et artis obstetriciae P. P. O., xenodochii obstetricii director, ord. medic. h. a. decanus, *1) publice examinatorium de rebus obstetriciis* die Merc. et Saturn. h. II instituet; *2) privatim morbos puerperarum et neonatorum* quat. schol. h. II docebit; *3) privatissime a) doctrinam de operationibus et instrumentis obstetriciis* h. III sen. schol. tradet, *b) cursum practicum operationum obstetriciarum* h. IV quaternis scholis reget, *c) clinicen obstetriciam* die Merc. et Sat. h. IV aliisque horis sueto more moderabitur.

FRANCISCUS LUDOVICUS FICK, med. Dr., anatomiae P. P. O., instit. anat. director, *1) publice examinatorium de rebus anatomicis* semel per hebd. instituet; 2) *privatim a) osteologiam et syndesmologiam* quat. scholis hor. quart. pomerid., *b) anatomiae specialis partem primam* sex. per hebd. h. XII offert; 3) *privatissime* diriget *praeparationes anatomicas* cum prosectoribus more sueto.

HERMANNUS NASSE, med. Dr. et physiologiae P. P. O., 1) *publice chemiam et histiologiam pathologicam* observationibus et explorationibus illustrabit bis per hebd. h. XII; *2) privatim a) partem physiologiae propaedeuticam* (anatomiam generalem) docebit sexies h. XI, *b) physiologiam sensuum* bis h. II explicabit; 3) *privatissime* et *gratis* diriget semel h. VII—IX *societatem physiologicam.*

GUILIELMUS ROSER, med. Dr. et chirurgiae P. P. O., instituti clin. chir. director, 1) *publice examinatorium de chirurgia* offert; 2) *privatim a) ophthalmologiam* quater h. VIII, *b) de instrumentis et fasciis* docebit; 3) *privatissime clinicen chirurgicam* diriget quater h. IX—X, dieb. Lun. et Ven. h. IX—XI.

IV. LECTIONES ORDINIS PHILOSOPHORUM.

CHRISTIANUS LUDOVICUS GERLING, phil. Dr., math., phys. et astr. P. P. O., *1) publice selecta geometriae practicae capita* tradet die Saturn. h. XII; 2) *privatim a) physicen experimentalem* quotidie hor. VIII, *b) trigonometriam planam et sphaericam* sive *geometriae practicae* partem primam, quinis dieb. h. XII.

JOANNES FRIDERICUS CHRISTIANUS HESSEL, philos. et med. Dr., mineralogiae et technologiae P. P. O., *1) publice* docebit *crystallographiam* dieb. Merc. et Sat. h. I; 2) *privatim a) mineralogiam technicam* quat. per hebd. h. XI, *b) mathesin puram* quat. dieb. h. II.

CHRISTIANUS KOCH, philos. Dr. et paedagogices P. P. O., 1) *publice conversatoria hodegetica et didactica* sive *de fundamentalibus et auxiliaribus omnis educationis nec non eruditionis disciplinis* offert horis liberis; 2) *privatim paedagogices historiam* enarrabit h. X.

JOSEPHUS CAROLUS FRIDERICUS RUBINO, philos. Dr., philologiae et historiae P. P. O., 1) *publice antiquitatum Romanarum capita nonnulla* semel vel bis per hebd. h. IX explicabit; 2) *privatim a) veterum Orientis populorum historiam* quaternis schol. h. V et *b) res imperatorum Romanorum aetate gestas* quater h. IX tradet.

HENRICUS A SYBEL, philos. Dr. et historiae P. P. O., ord. philos. h. a. decanus, 1) *publice exercitationes historicas* instituere perget; 2) *privatim a) historiam medii aevi* dieb. Lun., Mart., Jov., Ven. h. VIII, *b) historiam recentioris aevi* inde ab a. MCCCCXC iisdem diebus h. V docebit.

FRANCISCUS EDUARDUS CHRISTOPHORUS DIETRICH, theol. et phil. Dr. hujusque P. P. O., 1) *publice a) linguam Arabicam* bis h. XI docebit, *b) dialectum borealem veterem* bis h. V, *c) in societate Germanica origines rerum heroicarum* illustrabit die Lunae h. V; 2) *privatim a) Geneseos librum* quinquies h. II interpretabitur et *b) archaeologiam historiamque Hebraeorum* quater h. XI enarrabit.

FRIDERICUS LUDOVICUS STEGMANN, med. et phil. Dr. hujusque P. P. O., 1) *publice de rebus analyticis examina* dieb. Sat. h. X instituet; 2) *privatim a) geometriam* quam dicunt *descriptivam* docebit quaternis schol. h. III, *b) analyseos partem alteram*, qua de calculo integrali ac de analyseos in explicanda geometria sublimiori usu agitur, senis scholis h. IX tradet.

EDUARDUS ZELLER, phil. Dr. et P. P. O., 1) *publice de scriptis Platonis* disseret bis per hebd. h. XI; 2) *privatim a) philosophiam religionis* tradet quater p. h. h. XI, *b) philosophorum de re publica et civili placita* enarrabit bis h. II.

LEOPOLDUS FRIDERICUS ILSE, phil. Dr. et liter. polit. P. P. O., 1) *publice administrationem redituum publicorum* dieb. Sat. tradet; 2) *privatim a) oeconomiam politicam* quat. h. IX, *b) politiam* quat. h. III explicabit.

HERMANNUS KOLBE, phil. Dr. et chemiae P. P. O., inst. chemici director, docebit 1) *publice chemiam organicam theoreticam* die Sat. h. XI; 2) *privatim chemiam experimentalem* sexies per hebd. h. IX; 3) *privatissime exercitationes chemicas practicas* quat. per hebd. h. XI—I moderabitur.

CONSTANTINUS ZWENGER, med. et phil. Dr. et chemiae pharm. P. P. O., instituti pharmaceutico-chemici director, 1) *publice examinatorium de chemia et pharmacia* instituet; 2) *privatim chemiam organicam* quat. schol. h. VIII docebit; 3) *privatissime exeritationes pharmaceutico-chemicas* diriget.

CAROLUS FRIDERICUS WEBER, philos. Dr., philol. et eloquent. P. P. O., seminarii philol. director, ordinis elect. Guil. eques, 1) *privatim Aristophanis Pacem* interpretabitur bis h. II; 2) sodalibus seminarii philologici *carmina Catulli* explananda proponet ceterasque seminarii exercitationes regere perget ter h. XI.

GEORGIUS WEISSENBORN, philos. Dr. et P. P. O., 1) *publice Schleiermacheri systema* exponet die Sat. h. IV; 2) *privatim a) historiae philosophiae partem posteriorem* enarrabit quinquies h. V, *b) aestheticen* docebit quater h. IV.

GUILIELMUS DUNKER, philos. Dr. et P. P. O., instituti mineral. director, 1) *publice exercitationes practicas ad mineralogiam spectantes* instituet semel per hebd.; 2) *privatim mineralogiam* quinis diebus h. X docebit.

V. LECTIONES INSTITUTI POLITICO-OECONOMICI

EDUARDI PLATNER, JO. FRID. CHRIST. HESSEL,
GEO. GUIL. FRANC. WENDEROTH, HENRICI DE SYBEL,
CHR. LUD. GERLING, LEOPOLDI FRIDERICI ILSE

suis locis commemoratae sunt.

VI. LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

HENRICUS HEPPE, phil. et theol. Dr. hujusque P. P. E., 1) *publice prolegomena theologiae dogmaticae* bis h. v docebit; 2) *privatim a*) *theologiam dogmaticam* sexies h. IX, *b*) *historiam ecclesiae Hassiacae* ter hora adhuc eligenda; 3) *privatissime* et *gratis cum interpretatione Repetitionis confessionis Augustanae Saxonicae conversatorium dogmaticum* instituet.

ERNESTUS LUTHARDT, philos. Dr. et Lic. theol. hujusque P. P. E., 1) *publice societatem exegeticam* moderabitur die Merc. h. VI—VIII; 2) *privatim a*) *theologiam dogmaticam* docebit octies, senis diebus h. IX et binis scholis dieb. Merc. et Sat. h. X, *b*) *acta apostolorum* interpretabitur ratione historiae habita ecclesiae apostolicae quater h. X.

GEORGIUS JACOBUS FRIDERICUS SONNENMAYER, med. et chir. Dr. et ophthalmiatrices P. P. E., 1) *publice de ophthalmia aegyptiaca* disseret; 2) *privatim ophthalmologiam* tradet quat. per hebd. h. I; 3) *privatissime a*) *clinicen ophthalmiatricam* sexies per hebd. h. XII diriget et *b*) *cursum de operationibus ophthalmiatricis instituendum* offert.

CAROLUS REINHARDUS MUELLER, phil. Dr. et math. P. P. E., 1) *publice algebrae elementa* tradet bin. schol. h. I; 2) *privatim a*) *mathesin puram* quin. schol. h. XI, *b*) *doctrinam serierum* quat. schol. h. II docebit.

CAROLUS JULIUS CAESAR, philos. Dr., philol. P. P. E., bibliothecae academicae subpraefectus, 1) *publice A. Persii satiras* dieb. Merc. et Sat. h. IX explanabit; 2) *privatim historiam literarum latinarum* quat. scholis h. IX docebit; 3) seminarii philologici sodalibus *Plutarchi Periclem* interpretandum proponet bin. scholis h. XI.

FRANCISCUS VORLAENDER, philos. Dr. et P. P. E., 1) *publice disputationes de rebus philosophicis* instituet hora commoda; 2) *privatim a*) *logicen* docebit quat. dieb. h. IV, *b*) *historiam philosophiae universalem* tradet quinis scholis h. IX.

THEODORUS WAITZ, philos. Dr. et P. P. E., 1) *publice disputationes* habebit *de rebus philosophicis* die Merc. h. IV; 2) *privatim* docebit *a*) *psychologiam* quat. h. IV, *b*) *paedagogicam* diebus Lun. et Jov. h. II.

JOANNES FRIDERICUS LANGE, philos. Dr. et P. P. E., archit. acad., 1) *publice geometriam* quam dicunt *descriptivam* bin. dieb. h. II exponet; 2) *privatim a*) *historiam artium inde a tempore Constantini M. imperat. ad nostra usque tempora* quat. per hebd. dieb. h. XI tradet, *b*) *murorum, arcuum et concamerationum structuram* (Steinconstruktionslehre) eadem hora bis docebit.

ALBERTUS WIGAND, philos. Dr. et P. P. E., instituti pharmacognostici director, 1) *publice a) de distributione geographica et evolutione regni vegetabilis* disseret semel h. II, *b) examinatorium pharmacognosticum* habebit semel h. III; 2) *privatim a) physiologiam plantarum* docebit h. II binis scholis, *b) ordines plantarum cryptogamicarum* explicabit ter per hebd. h. II, *c) pharmacognosiam* docebit quat. h. III, *d) exercitationes pharmacognosticas* moderabitur binis scholis; 3) *privatissime examinatorium de rebus botanicis* offert bis per hebd.

RUDOLPHUS KOHLRAUSCH, phil. Dr. et P. P. E., 1) *publice meteorologiam* docebit die Merc. h. VIII; 2) *privatim magnetismi et electricitatis doctrinam* quaternis scholis explicabit h. VIII dieb. Lun. Mart. Jov. et Ven.

VII. LECTIONES PRIVATIM DOCENTIUM.

GUILIELMUS JULIUS MANGOLD, theol. Lic., seminarii Philippini major, 1) *privatim epistolas Pauli ad Corinthios* datas quin. per hebd. scholis h. X interpretabitur; 2) *gratis utramque Petri epistolam et epistolam Judae* bin. per hebd. scholis h. III vel alia adhuc definienda explicabit; 3) *privatissime repetitoria historiae ecclesiasticae* consueto more moderari perget.

VICTOR PLATNER, J. U. D., 1) *privatim a) jus germanicum privatum et jus feudale* sen. dieb. h. X—XI vel XI—XII, *b) jus Hassiacum particulare* tern. dieb. h. II—III, *c) historiam juris Germanici* h. XI—XII quat. dieb.; 2) *gratis a) jus mercatorium et cambiale* bin. horis, *b) examinatoria de jure Germanico* offert.

GUILIELMUS ARNOLD, J. U. D., docebit 1) *privatim a) encyclopaediam et methodologiam* quater per hebd. h. XI—XII, *b) jus Germanicum privatum, una cum jure feudali, mercatorio et cambiali,* sexies per hebd. h. X—XI; 2) *gratis a) jus hereditarium Germanicum* semel per hebd. h. XI—XII instituet, *b) examinatorium juris Germanici* semel per hebd. h. XI—XII.

FRIDERICUS VICTOR SCHMIDT, J. U. D., 1) *privatim a) institutiones juris Romani* Marezollio duce senis diebus h. X profitebitur, *b) theoriam processus criminalis et communis et Hassiaci* Heffero duce quaternis diebus h. XI tradet, *c) practicum* quod dicitur *pandectarum* secundum *Girtanner „Rechtsfälle zu Puchta's Pandekten«* ter h. II instituet; 2) *privatissime examinatoria de jure Romano* habenda desiderantibus offert.

CAROLUS FUCHS, J. U. D., 1) *privatim practicum processuale cum relatorio* quater per hebd. h. V—VI instituet; 2) *gratis processus determinate,* qui vocantur, *summarios* et *processum concursus creditorum* semel per hebd. profitebitur.

BERNHARDUS FRIDERICUS JULIUS WOLFF, J. U. Dr., 1) *privatim institutiones juris Romani,* ad Marezollii librum, quotidie h. XI profitebitur; 2) *gratis titulos pandectarum* quosdam bin. per hebd. dieb. h. III interpretabitur; 3) *privatissime* offert *examinatoria, praesertim de jure Romano.*

LEOPOLDUS EICHELBERG, med. Dr., *gratis* disseret *de electis Hippocratis aphorismis* die Lun. h. v.

CAROLUS PHILIPPUS FALCK, med. Dr. et medicus Marburgensis, docebit 1) *privatim a*) *pharmacologiam et toxicologiam* quat. per hebd. h. IV, *b*) *medicinam publicam sive medicinam forensem et politicam* quat. per hebd. hora optata; 2) *gratis artem formulas medicas concinnandi* semel per hebd. h. IV.

HENRICUS HORSTMANN, med. Dr. et physicus Marburg., offert horis convenientibus 1) *privatim a*) *medicinam forensem illis, qui medicinae operam dant,* quater per hebd., *b*) *medicinam forensem illis, qui jurisprudentiae operam dant,* ter per septimanam; 2) *gratis politiam medicam* semel per hebd.

ERNESTUS PHILIPPUS AMELUNG, phil. Dr., 1) *Ciceronis librum de amicitia* d. Mart. et Ven. h. III—IV sermone latino interpretabitur et 2) *de variis linguae vernaculae stili generibus adjunctis declamandi exercitationibus* dieb. et hor. s. t. definiendis disseret.

ADOLPHUS EBERT, phil. Dr., 1) *privatim linguam Hispanicam* ter per hebd. h. XI; 2) *privatissime linguam Anglicam* ter per hebd. h. III docebit.

GUILIELMUS SCHELL, phil. Dr., 1) *privatim a*) *methodos recentiorum synthetico-geometricas earumque usum in evolvendis linearum secundi ordinis proprietatibus* explicabit quin. schol. per hebd. h. XI, *b*) *geometriae analyticae eam partem, in qua duarum tantum dimensionem ratio habetur*, tradet tern. sch. p. hebd. h. II; 2) *gratis exercitationes auditorum circa problemata geometrica* moderabitur semel p. hebd. h. II.

CONRADUS BROMEIS, phil. Dr., docebit 1) *privatim a*) *technologiam* quat. per hebd. h. IX, *b*) *chemiam analyticam* bis per hebd. h. VIII; 2) *gratis a*) *geologiam chemicam* semel per hebd. h. V, *b*) *de calefactione et illuminatione* disseret semel per hebd. h. V.

Equorum subigendorum artem addiscere cupientibus non deest magister peritissimus neque hippodromi spatiosissimi copia; nec minus praesto sunt, qui instrumentorum mathematicorum physicorumque fabricationem, artem delineandi, calligraphiam, arithmeticam, musicen, armorum denique tractationem et saltationem recte doceant.

LE.C
D566a

Author Dietrich, Franz Eduard 31479
Christoph (ed.)
Title Anglosaxonica.
(Indices lectionum et publicarum...)

DATE. NAME OF BORROWER.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU